



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

XLII. Die Markgrafen Johann und Otto schenken dem Kloster Lehnin das  
Dorf Tornow, im Jahre 1247.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

tenhagen obtulimus, Stagnum quoque Rademer integraliter et stagnum wandeliz totaliter, fideliter fatentes eandem uillam Stoltenhagen ad jam dictos fratres de lenin pertinere cum omnimode utilitatis integritate ex eadem uilla prouenientis, uidelicet agris, aquis, pascuis et siluis et ceteris attinentis uniuersis et cum omni iure, Statuentes etiam dictarum uillarum uillanos in nullo secularis potestatis iuri aut dominio, aduocatie, communi placito, Exactioni, urbano operi, Expeditioni aut qualicumque seruicio subiacere. Ut igitur nostra hec conuentionis emptio posteritati fiat cognita stabilisque perseueret, Sigillorum nostrorum appensione decreuimus muniendam, Uirorum fidelium testimonium apponentis, Quorum nomina sunt hec: Henricus prepositus de Nauen, Johannes Notarius, Albertus Notarius, Fridericus de Bertekov, Burchardus de Ircfleue, Johannes de Boceneburch, Lodewicus de kercov, Fridericus de Haffele, Fridericus de kercov. Actum est hoc Anno Gracie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. quadragesimo quarto Brandenburg, Indict. secunda, Concurrente quinto.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

**XLI.** Bischof Rutger von Brandenburg und sein Capitel überlassen dem Kloster Lehnin ihren Antheil an der Klinkmühle und an der angrenzenden Heide, im Jahre 1247.

De proprietate ac possessione, quam habuit ecclesia Brandenburgensis in molendino Clinka et merica eidem molendino contigua monasterio Lenynensi collata Rutgerus Episcopus, Petrus prepositus totumque capitulum Brandenburgense Anno 1247.

Altes Bez. Lehniner Urkunden. Gerken VII, 334. 335.

**XLII.** Die Markgrafen Johann und Otto schenken dem Kloster Lehnin das Dorf Tornow, im Jahre 1247.

In nomine sancte et ind. trinitatis. Johannes et Otto, Marchiones de Brandeburch, omnibus in perpetuum. Principum exigit omnino pietas atque munificencia cunctis quidem liberali donatione prodesse, potissimum tamen spiritualium uirorum consulere necessitati, ut spiritualis augeatur religio et diuina seruitus augmentetur. Hinc est, quod presentium tenore uniuersitati uestre cupimus notum esse, quod ob spem remunerationis diuine conferimus et donamus, cum heredum nostrorum consensu, dilectis fratribus et amicis nostris de lenin uillam tornowe, habentem triginta mansos, cum omni iure, quocumque nomine censeatur, quod nobis competit uel potest competere in eadem quocumque titulo siue modo, iure perpetuo possidendam. Vt autem hec nostra donatio nullius ualeat improbitate permutari, quin potius ut firma semper maneat, presentem paginam exinde conscriptam sigillis nostris fecimus roborari. Huius rei testes sunt: Symeon prepositus de Berlin, Johannes et Henricus notarii nostri, Wilkinus de tornowe, Albero Mariscalcus, Fridericus de Bertchov, Gerkinus de kerchov, Petrus aduocatus de Bran-

denburch et alii quam plures. Acta sunt hec Anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLVII<sup>o</sup>., Ind. V<sup>a</sup>. Epacta XII<sup>o</sup>.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

**XLIII.** Herzog Barnim von Pommern schenkt dem Kloster Lehnin Bellinchen im Lande Zehden mit 30 Hufen Landes und dem See gleichen Namens, i. J. 1248.

Parvum Belyn intra Cedene cum XL mansis et uno stagno, quod Belin vocatur, Barnimus Dux Slavorum contulit monasterio in Lenyn cum omni jure Anno 1248.

Altes Verz. Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 339 hat Pratum Belyn.

Barnim, dux Slavorum, donavit cenobio Lenin in terra Cedene villam Parvum Belin cum 40 mansis et uno stagno A. 1248.

Neueres Verz. Lehniner Urkunden.

**XLIV.** Bischof Wilhelm von Kammin vereignet dem Kloster Lehnin die Zehnthebung von 250 Hufen im Lande Zehden in der Umgebung der Seen Wigenitz und Narst, am 29. März 1248.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Wilhelmus, Dei gratia Caminenfis episcopus, univ<sup>er</sup>sis in Christo fidelibus presentibus et futuris in perpetuum. Quum hominum facta per velocem temporis et etatum cursum obscurantur, nisi scriptis autenticis posterorum memorie commendantur; id circo habundantis cautele suadet utilitas, ut, qui vult piis muneribus seu oblationibus aut donis consequi salutem, ipsam tradere studeat per scripta sua notitie posteritatis. Hinc est, quod quoslibet Christi fideles scire cupimus, quod ecclesie beate virginis in Lenin fratribusque ibidem Deo famulantibus de consensu et approbatione fratrum nostrorum canonicorum Caminenfium, decimam ducentorum et quinquaginta mansorum in territorio Cedenenfi circa stagnum Vitenitz et circa stagnum Narst cum eisdem stagnis et omnibus atinentiis, scilicet pratis, pascuis et nemoribus et cum omnibus utilitatibus, que inde nunc emergunt aut futuris temporibus emerfure sunt, libera et perpetua donatione contulimus possidendam, ut exinde nostri memoria ac successorum nostrorum a fratribus ejusdem loci habeatur. Hanc igitur donationem nostram firmam decernentes haberi et perpetuis temporibus inconvulsam a nullo penitus irritandam ipsam presenti scripto ac sigillorum nostrorum munimine decrevimus communire. Testes sunt Wartizlaus Dux Pomeranie, Conradus summus Prepositus, Florentius antiquus prepositus, Godefridus decanus, Theodoricus thesaurarius, Matheus canonicus, Johannes Canonicus, Hermannus et Hermannus, Fridericus, Adolphus et Johannes Canonici. Datum anno gratie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XLVIII<sup>o</sup>. IIII Kal. April., Pontificatus nostri Anno primo.

Nach einem Transsumte vom J. 1270. Das Original der Urkunde des Bischofs Wilhelm von 1248 befindet sich im Geh. Staats-Archiv, jedoch stark beschädigt und daher theilweise unleserlich.